

CAPUT III.

1. David verò hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron : primogenitum, Amnon ex Achinoam Jezrahelitide ; secundum, Daniel de Abigail Carmelitide ;
2. Tertium, Absalom filium Maacha filiae Tholmai regis Gessur ; quartum, Adoniam filium Aggith ;
3. Quintum, Saphatiam ex Abital ; sextum, Jethraham de Eglâ uxore suâ.
4. Sex ergo nati sunt ei in Hebron, ubi regnavit septem annis, et sex mensibus. Triginta autem et tribus annis regnavit in Jerusalem.
5. Porrò in Jerusalem nati sunt ei filii, Simmaa, et Sobab, et Nathan, et Salomon, quatuor de Bethsabee filiâ Ammiel :
6. Jébaar quoque, et Elisama,
7. Et Eliphaleth, et Nopheg, et Japhia.
8. Necnon Elisama, et Eliada, et Eliphaleth, novem.
9. Omnes hi, filii David, absque filiis concubinarum ; habueruntque sororem Thamar.
10. Filius autem Salomonis, Roboam : cujus Abia filius genuit Asa. De hoc quoque natus est Josaphat.
11. Pater Joram, qui Joram genuit Ochoziam, ex quo ortus est Joas :
12. Et hujus Amasias filius genuit Azariam. Porrò Azariae filius Joathan
13. Procreavit Achaz patrem Ezechiae, de quo natus est Manasses.
14. Sed et Manasses genuit Amon patrem Josiae.
15. Filii autem Josiae fuerunt : primogenitus, Johanan ; secundus, Joakim ; tertius, Sedecias ; quartus, Sellum.
16. De Joakim natus est Jechonias et Sedecias.
17. Filii Jechoniae fuerunt, Asir, Salathiel :
18. Melchiram, Phadaia, Senneser, et Jecenia, Sama et Nadabaa.
19. De Phadaia orti sunt Zorobabel et Semei ; Zorobabel genuit Mosollam Hananiam et Salomith sororem eorum :
20. Hasabam quoque, et Ohol, et Bara-

CHAPITRE III.

1. Voici les enfans de David, qui lui sont nés à Hébron. L'aîné fut Amnon, fils d'Achinoam de Jezrahel ; le second Daniel, fils d'Abigail du Carmel ;
2. Le troisième, Absalom, fils de Maacha, fille de Tholmai, roi de Gessur ; le quatrième, Adonias, fils d'Aggith ;
3. Le cinquième, Saphatias, fils d'Abital ; le sixième, Jéthraham, fils d'Eglâ, son épouse.
4. Ainsi David eut six fils à Hébron, où il régna sept ans et demi. Mais il régna trente-trois ans à Jérusalem.
5. Et les enfans qu'il eut à Jérusalem furent Simmaa, Sobab, Nathan et Salomon, tous quatre fils de Bethsabee, fille d'Ammiel.
6. Il eut encore Jébaar, et Elisama,
7. Eliphaleth, Nôg, Népheg et Japhia,
8. Comme aussi Elisama, Eliada et Eliphéleth, c'est-à-dire, neuf.
9. Ce sont là tous les enfans de David, outre les enfans de ses concubines ; et ils eurent une sœur nommée Thamar.
10. Salomon fut père de Roboam, qui eut pour fils Abia, qui engendra Asa, duquel est venu Josaphat,
11. Père de Joram, qui engendra Ochozias et de celui-ci naquit Joas.
12. Joas eut pour fils Amasias, père d'Azarias ; et le fils d'Azarias fut Joathan,
13. Qui engendra Achaz, père d'Ezéchias, qui eut pour fils Manassé.
14. Manassé engendra Amon, père de Josias,
15. Dont les fils sont Johanan l'aîné ; le second, Joakim ; le troisième, Sédécias ; le quatrième, Sellum.
16. De Joakim sont venus Jéhonias et Sédécias.
17. Les fils de Jéhonias furent Asir, Salathiel.
18. Les fils de Salathiel furent Melchiram, Phadaia, Sennésér et Jécémia, Sama et Nadabaa.
19. De Phadaia sont venus Zorobabel et Séméi. Zorobabel engendra Mosollam et Hanania, avec Salomith leur sœur ;
20. Et encore ces cinq, Hasaba, Ohol, Bara-

- chiam, et Hasadiam, Josabhesed, quinque.
21. Filius autem Hananiae, Phaltias pater Jeseia, cujus filius Raphaia : hujus quoque filius, Arnan, de quo natus est Obdia, cujus filius fuit Sechenias.
 22. Filius Secheniae, Semeia : cujus filii, Hattus, et Jegaal, et Baria, et Naaria, et Saphat, sex numero.
 23. Filius Naariae : Elioenai, et Ezechias, et Ezricam, tres.
 24. Filii Elioenai ; Oduia, et Eliasub, et Phelcia, et Accub, et Johanan, et Dalaiâ, et Anani, septem.

VERS. 1. — EX ACHINOAM JEZRAHELITIDE. Creditur hæc fuisse ex Jezrahele, urbe tribus Juda, Josue, 15, 56, aliâ planè ab urbe celebri in Issacharo.

ABIGAIL CARMELITIDE, UXORE Nabalis è Carmelo. Natus ex illâ filius, Daniel hic, 2 Reg. 3, 5, Choleab appellatur.

VERS. 5. — JETHRAHAM DE EGLA. Sunt qui contendunt, Eglam ipsam esse Micholem filiam Saülis, cujus tamen opinionis nulla suppetunt argumenta. Vide 2 Reg. 3, 5. Michol caruit liberis : Michol filiae Saül non est natus filius usque in diem mortis suæ, 2 Reg. 6, 25.

VERS. 5. — QUATOR DE BETHSABEE FILIA AMMIEL. Hebræus legit hic *Bethsah* טַוּב טַב, pro *Bethsabee* ; sed mendo amanuensis : et mendose pariter Septuaginta et Arabes ferunt *Βησαβαι*, Bersabee ; genuinum enim matris Salomonis nomen erat *Bethsabee*. Pater ejus, qui hic Ammiel, in 2 Regum 11, 5, *Eliam* appellatur, quæ unius, ejusdemque viri duo facillè erant nomina. De quatuor hisce filiis Bethsabee quæstio est. Interpretum quidam, Lyran., Vat., Mas., etc., aiunt, Simmaam, Sobab et Nathaanum filios fuisse Bethsabee ex Uriâ, quos David adoptaverit ; ex Davide autem et Bethsabee unicum Salomonem natum fuisse, quò spectare credunt ea verba Salomonis in Proverbiis, 4, 5 : *Ego filius fui patris mei tenellus, et unigenitus coram matre meâ*. Sed doctissimi ex interpretibus, Est., Tir., Cornel., Grot., Sallian., alii, quatuor hosce filios natos è Davide et Bethsabee credunt. Postremus hic recenset Salomonem, quanquam maximus natu inter illos, quòd ejus genealogia longius deducenda sit, fratrum posteritate neglectâ. Cum verò filii unigeniti coram matre suâ privilegium sibi arrogat Salomon, id tantum indicat, tenero se ac singulari amore diligi à matre, tanquam

21. Hananias eut pour fils Phaltias, qui fut père de Jéséias, dont le fils, nommé Raphaïa, fut père d'Arnan, duquel est venu Obdia, qui eut pour fils Séchéhias.
22. Le fils de Séchéhias fut Séméïa, duquel sont sortis Hattus, Jégaal, Baria, Naaria et Saphat, qui font six.
23. Naaria eut trois fils : Eliocnai, Ezéchias et Ezricam.
24. Eliocnai en eut sept : Oduia, Eliasub, Phélcia, Accub, Johanan, Dalaiâ et Anani.

COMMENTARIUM.

filium benedictionis, et Deo maxime dilectum, ac largissimarum promissionum Dei hæredem (1).

VERS. 6. — ELISAMA, appellatus etiam *Eliasa*, 2 Reg. v. 15, et 1 Par. 14, 5.

VERS. 7. — ELIPHALETH, ET NOGÈ. Postremus hic non legitur in 2 Regum v. 15, sed recurrit etiam inferius, 14, 6, sub nomine *Noga*. *Eliphaleth* hic hic repetitur, et semel etiam inferius, 14, 6. In 2 Regum v. 16, nonnisi semel occurrit. Arbitrantur quidam, Grot., Vatabl., Davidem, amisso è filiis suis aliquo adhuc puero, ejus deinde nomen alteri, qui statim hic recensetur, indidisse.

VERS. 8. — ELIADA, aliter *Elioda*, 2 Reg. 14, 16, et *Baalada*, 1 Par. 15, 7.

NOVEM. Imò tredecim, si numerentur quatuor filii Bethsabee ; illis exclusis, novem supersunt : et in libro 2 Regum undecim recensentur tantum, admissis quatuor filiis Bethsabee, quibus subductis, septem remanent. Necessè igitur est, ut mendosum alterutrum ex his locis arguamus, vel suspicemus, auctorem librorum Regum nonnisi filios superstitès (2), auctorem verò Paralipomenon numerasse etiam filios qui sine stirpe decesserant.

VERS. 9. — HABUERUNTQUE SOROREM THAMAR. Thamar soror erat, ex utroque parente ger-

(1) Ces paroles de Salomon : *Fui unigenitus coram matre meâ*, ne signifient pas qu'il était véritablement fils unique de sa mère, mais qu'elle le regardait et qu'elle l'aimait comme s'il l'avait été. Quant à celui dont il était la figure, le vrai Salomon, ce roi de paix, qui a régné et qui règnera éternellement sur les vrais enfans d'Israël, il a été véritablement le fils unique de sa sainte mère, selon la chair, comme il l'était de toute éternité de son père, selon la nature divine. (Sacy.)

(2) Ita Vatabl., Grot., Mas.

mana Absalom; cum reliquis verò filiis Davidis unicum patrem habebat communem. Ex filiabus Davidis una nota est Thamar. quanquam affirmat Scriptura, natos illi esse Hierosolymæ filios et filias, præter liberos quos Hebrone genuerat: *Itaque sunt David et alii filii et filia*, 2 Reg. v. 15.

VERS. 15.—FILI JOSIE, JOHANAN, JOAKIM, SEDECIA, SELLEK. Nonnisi tres exhibentur in libris Regum (1), deest enim *Johanán*: fortè sine liberis, et ante patrem decessit. Tres ceteri regnum, non tamen ordine naturæ atque ætatis, possederunt. *Joachas*, hic et in Jeremiá 22, 41, *Sellum* appellatus, regnavit primus, 4 Reg. 23, 31; secundus, Joakim vel Eliacim, 4 Reg. 23, 34; tertius successit *Sedecias*, alio nomine *Matthanias*, ibid. 24, 17 et 18.

VERS. 16.—JECHONIAS, alio nomine *Joaquin*, 4 Reg. 24, 6, et *Cenias*, Jerem. 22, 28.

SEDECIA. Si is est, qui inter reges Juda postremus ante captivitatem regnavit, nomen filii accipiendum est hic pro successore; scimus enim Jechoniæ successisse *Sedeciam*, qui patrem habuit Josiam, non Joakimum. Hebræus textus significare posset, *Sedeciam filium fuisse Jechoniæ*; sed narrationis series demonstrat, aliam planè esse loci hujus sententiam; Jechoniæ enim genealogia nonnisi in sequenti versiculo ducitur. Confirmatur hinc eorum conjectura, qui nomen filii usurpatum hic pro successore arbitrantur. Grot., Jun., Pisc.

VERS. 17.—FILI JECHONIE FUERUNT ASIR, SALATHIEL, etc. Prædixerat Jeremias, 22, 30, futurum, ut Jechoniæ careret liberis: *Scribe vitrum istum sterilem*; sed verisimillimè putamus, prophetam id tantum innuere voluisse, neminem ex ejus filiis regnaturum in Judd, eumque redigendum esse ad statum hominis posteritate carentis; quare addit: *Nec erit de semine ejus vir qui sedeat super solium David*. Suspiciantur nonnulli, et Jun. hic, filios, qui hic Jechoniæ assignantur, adoptivos ejus fuisse, vel tantum successores; eamque in rem animadvertit, apud S. Lucam, 3, 27, Salathielem, ex gr., exhiberi filium *Neri*, non Jechoniæ. Sed argumentum hoc spontè ruit cum S. Mattheus 1, 42, narret, Jechoniam genuisse *Salathielem*. Reddi etiam posset Hebræus: *Et filii Jechoniæ vincit Salathiel* (2). Vox *Asir* sonat vincetum hominem in carcere. Porrò Jechoniam carcerem Babyloni-

(1) 4 Reg. 23, 24.

(2) Ita Jun., Balv., Pisc., Osiand.

cum diu sustinuisse constat 4 Reg. 24, 15.

VERS. 18.—MELCHIRAM, PHADAIA, SENNEER. Supplendum est hic aliquid in textu, ut sibi cohereret. *Salathiel*, de quo in precedenti versiculo, filios genuisse *Melchiram* et *Phadaiam*, discimus ex sequenti versiculo. Reddendum est igitur: *Itaque filii Salathielis fuerunt Melchiram, et Phadaia*. Ita Jun., Vat., Pisc.

VERS. 19.—DE PHADAIA ORTI SUNT ZOROBABEL ET SEMEI. Docet S. Mattheus 1, 12, *Zorobabel* filium, vel, si mavis, nepotem fuisse Salathielis; hic autem idem *Zorobabel* filius *Phadate* constituitur; quare vel tribuendus est Phadaia filius Salathiel, et pater *Zorobabeli*, ut in versiculo precedenti dictum est; vel reputandum, Phadaiam viâ cesserum reliquisse filium suum *Zorobabelem* educandum Salathiel patri suo: ita ut unus idemque *Zorobabel* filius tribueretur Salathiel simul et Phadaie (1).

ZOROBABEL GENUIT MOSOLLAM, HANANIAM. Legimus in S. Mattheo 1, 13: *Zorobabel genuit Abiud*; et neminem hujus nominis, nec in hoc versiculo, nec in sequentibus legimus; quare è quinque filiis *Zorobabelis* hic recensitis unus aliquis statuendus est, qui nomen alterum *Abiud* gesserit.

VERS. 21.—FILII AUTEM HANANIE PHALTIAS PATER JESELE, CUJUS FILIUS RAPHAIA, etc. Longè aliter Hebræus: *Filius Hananiae Phaltias, et Jeseias; filii Raphaelis, filii Arnan, filii Obdia, filii Sechenio, fuit Semeia*. Ita ut Hanania filios habuerit Phaltiam et Jeseiam; negligantur autem hic nomina filiorum Raphaelis, Arnani et Obdia; Septuaginta, Syriacus et Vulgata, Hebræum alter et planius legerunt ac nos hodie in nostris codicibus. Septuaginta legebant *22 filii*, pro *72 filius*.

VERS. 22.—SEX NUMERO, admissio etiam *Semeia* parente; in textu enim nonnisi quinque recensentur. Sunt qui alium suppleant (2), nomine *Sesam*, qui tamen deest in Hebræo; Septuaginta et codicibus correctis Vulgatae. Suspiciantur quidam, Castallo, Vat., vocem esse aliquam omissam in textu.

VERS. 24.—ODULA, duodecimus est à *Zorobabele*. Probat hic locus et diligentiam scriptoris

(1) Vide, si lubet, Cornel. Tirin.

(2) Ita MSS. codices tres vel quatuor in edit. nov. Oper. S. Hieron. Ita et variæ editiones Bibliorum Gothicae; et aliae, in Bibl. Roberti Steph. et Polyglott. Antwerp. et Bibl. S. Petri V. etc. Nomen *Sesam*, vel *Sesa*, factum ex Hebr. שש, sex, quod pro nomine proprio male usurpatum.

retexendæ genealogiæ Davidis, et auctorem hujus libri, qualis nunc superest, alium esse planè ab Esdrâ, eam à *Zorobabele* usque ad decimam post ipsum generationem trecenti saltem anni, licet triginta solum anni singulis generationibus assignentur, excurrerit. Por-

CAPUT IV.

1. Filii Juda: Phares, Hesron, et Charmi, et Hur, et Sobal.

2. Raia verò filius Sobal genuit Jahath, de quo nati sunt Ahumai et Laad, hæc cognationes Sarathii.

3. Ista quoque stirps Etam: Jezrahel, et Jesema, et Jeebos. Nomen quoque sororis eorum, Asalephuni.

4. Phaniel autem pater Gedor, et Ezer pater Hosa: isti sunt filii Hur primogeniti Ephrata patris Bethlehem.

5. Assur verò patri Thecua erant duæ uxores: Halaa, et Naara.

6. Peperit autem et Naara, Oozam, et Hopher, et Temani, et Ahasthari: isti sunt filii Naara.

7. Porrò filii Halaa: Sereth, Isaac et Ethnan.

8. Cos autem genuit Anob, et Soboha, et cognationem Aharebel filii Arum.

9. Fuit autem Jabes inelytus præ fratribus suis, et mater ejus vocavit nomen illius Jabes, dicens: Quia peperit eum in dolore.

10. Invocavit verò Jabes Deum Israel, dicens: Si benedicens benedixeris mihi, et dilataveris terminos meos, et fuerit manus tua mecum, et feceris me à malitiâ non opprimi. Et præstitit Deus quæ precatus est.

11. Caleb autem frater Sua genuit Mahir, qui fuit pater Esthon.

12. Porrò Esthon genuit Bethrapha, et Phesse, et Tehinna patrem urbis Naas: hi sunt viri Recha.

13. Filii autem Cenez: Othoniel et Saraia. Porrò filii Othoniel, Hathath, et Maonathi.

14. Maonathi genuit Ophra. Saraia autem genuit Joab patrem Vallis artificum: ibi quippe artifices erant.

rò ramus genealogicus hic exhibitus altus est ab illo de quo S. Mattheus 1. Variæ genealogiæ arbores conservabantur, quod ambigebatur, ex quâ Davidis familiâ Christus proditurus esset.

CHAPITRE IV.

1. Descendants de Juda: Phares, Hesron, fils de Phares, Charmi, petit-fils de Zara, second fils de Thamar, Hur et Sobal, descendants de Hesron.

2. Raia, fils de Sobal, engendra Jahath, père d'Ahumai et de Laad. Ce sont là les familles des Sarathites.

3. Voici encore la postérité d'Etam: Jezrahel, Jécéma et Jédébos, qui eurent une sœur nommée Asalephuni.

4. Phaniel fut prince de Gedor, et Ezer prince d'Hosa; ce sont là les descendants d'Hur, fils aîné d'Ephraïm et prince de Bethlehem.

5. Assur, prince de Thécua, eut deux femmes, savoir, Halaa et Naara.

6. De Naara il eut Oozam et Hépher, et les Thémانيين, et les Ahastariens, qui sont tous descendants de Naara.

7. Les fils de Halaa sont Séréth, Isaac et Ethnan.

8. Cos engendra Anob et Soboha; et c'est de lui que sont venus tous ceux qui portent le nom d'Aharehel, fils d'Arum.

9. Mais Jabès devint plus illustre que ses frères; et ce fut sa mère qui lui donna le nom de Jabès, qui signifie douleur, disant: C'est parce que je l'ai mis au monde avec beaucoup de douleur.

10. Or Jabès invoqua le Dieu d'Israël, en disant: Ah! si vous répandez sur moi vos bénédictions, et étendez les bornes de mes terres, et si votre bras m'était favorable pour empêcher que je ne succombe sous la méchanceté! Et Dieu lui accorda ce qu'il avait demandé.

11. Caleb, frère de Sua, engendra Mahir, qui fut père d'Esthon.

12. Esthon engendra Bethrapha, Phessé et Téhinna, qui fut le prince de la ville de Naas. Ce sont ceux-ci qui ont peuplé la ville de Récha.

13. Cenez eut pour fils Othoniel et Saraia. Othoniel fut père d'Hathab et de Moanathi.

14. Moanathi engendra Ophra. Saraia engendra Joab, le prince de la Vallée des ouvriers, car il y avait là toutes sortes d'ouvriers.

15. Filii verò Caleb filii Jephone: Hir, et Ela, et Naham. Filii quoque Ela: Cenez.

16. Filii quoque Jaleleel Ziph, et Zipha, Thiria, et Asrael.

17. Et filii Ezra: Jether et Mered, et Ephher, et Jalon: genuitque Mariam, et Sammai, et Jesba patrem Esthamo.

18. Uxor quoque ejus Judaia peperit Jared patrem Gedor, et Heber patrem Socho, et Icutiel patrem Zanoë: hi autem filii Bethiæ filii Pharaonis, quam accepit Mered.

19. Et filii uxoris Odaïæ sororis Naham patris Ceila, Garmi, et Esthamo, qui fuit de Machati.

20. Filii quoque Simon: Amnon et Rinna filius Hanan, et Thilon. Et filii Jesi: Zoheth et Benzoheth.

21. Filii Sela, filii Juda: Her pater Lecha, et Laada pater Maresa, et cognationes domus operantium byssum in domo Juramenti.

22. Et qui stare fecit solem, virique mendacii, et Securus, et Incendens, qui principes fuerunt in Moab, et qui reversi sunt in Lahem: hæc autem verba vetera.

23. Hi sunt figuli habitantes in plantationibus, et in sepibus, apud regem in operibus ejus, commorati sunt ibi.

24. Filii Simeon: Namuel et Jamin, Jarib, Zara, Saül.

25. Sellum filius ejus, Mapsam filius ejus, Masma filius ejus.

26. Filii Masma: Hamuel filius ejus, Zachur filius ejus, Semei filius ejus.

27. Filii Semei sedecim, et filiaë sex: fratres autem ejus non habuerunt filios multos, et universa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Juda.

28. Habitaverunt autem in Bersabee, et Molada, et Hasarsuhal,

29. Et in Bala, et in Asom, et in Tholad,

30. Et in Bathuel, et in Horma, et in Sioleg,

31. Et in Bethmarchaboth, et in Hasarsusim, et in Bethberai, et in Saarim: hæc civitates eorum usque ad regem David.

15. Les enfans de Caleb, fils de Jéphoné, sont Hir, Ela et Naham. Ela fut père de Cenez.

16. Les fils de Jaleleel furent Ziph, Zipha, Thiria et Asrael.

17. Ceux d'Ezra étaient Jéther, Mered, Ephher et Jalon. Il eut encore Marie, Sammaï, et Jesba, prince d'Esthamo.

18. Sa femme fut Judaïa, qui enfanta Jared, prince de Gedor, et Heber, prince de Socho, et Icutiel, prince de Zanoë. Et tous ceux-là descendent aussi de Bethia, fille de Pharaon, qui épousa Mered.

19. Et les fils de sa femme Odaïa, sœur de Naham, père de Célia, sont Garmi et Esthamo, qui était de Machati.

20. Les fils de Simon sont Ammon et Rinna, qu'il eut de Hanan, et Thilon. Et les fils de Jési sont Zoheth et Benzoheth.

21. Les fils de Sela, troisième fils de Juda, sont Her, père de Lécha, et Laada, père de Maresa, et les chefs des familles de ceux qui travaillent aux ouvrages de fin lin dans la maison d'Asbéah, c'est-à-dire du Jurement;

22. Et Jokin, dont le nom signifie celui qui a fait arrêter le soleil, et les habitans de Chozéba, c'est-à-dire les hommes de mensonge, et Joas, et Saraph, dont les noms signifient le Certain et le Brûlant, qui commandèrent dans Moab, et qui revinrent à Lahem, autrement Bethléhem. Or c'est ce que nous apprenons de l'ancienne tradition.

23. Ce sont là les potiers qui demeuraient à Netaïm et à Gadéra dans les maisons du roi, où ils travaillaient pour lui, et qui s'y sont établis.

24. Les fils de Simeon sont Namuel, Jamin, Jarib, Zara et Saül.

25. Dont le fils fut Sellum, père de Mapsam, lequel eut Masma pour fils.

26. Le fils de Masma fut Hamuel; celui de Hamuel, Zachur, et celui de Zachur, Séméï.

27. Séméï eut seize garçons et six filles; mais ses frères n'eurent pas beaucoup d'enfants, et toute leur postérité ne put égaler le nombre des enfans de Juda.

28. Ils s'établirent dans Bersabée, dans Molada, dans Hasarsuhal,

29. Dans Bala, dans Asom, dans Tholad,

30. Dans Bathuel, dans Horma, dans Sioleg.

31. Dans Bethmarchaboth, dans Hasarsusim, dans Bethberai et dans Saarim. Ce sont les villes qu'ils possédèrent seuls jusqu'au règne de David.

32. Villæ quoque eorum: Etam, et Aen, Remmon, et Thochen, et Asan, civitates quinque.

33. Et universi viculi eorum per circuitum civitatum istarum usque ad Baal: hæc est habitatio eorum, et sedium distributio.

34. Mosobab quoque, et Jemlech, et Josa filius Amasie,

35. Et Joel, et Jehu filius Josabiæ, filii Saraïæ, filii Asiel,

36. Et Elioenai, et Jacoba, et Isuhaia, et Asaia, et Adiel, et Ismiel, et Banaia.

37. Ziza quoque filius Sephei, filii Alon, filii Idaia, filii Semri, filii Samaia.

38. Isti sunt nominati principes in cognationibus suis, et in domo affinitatum suarum multiplicati sunt vehementer.

39. Et profecti sunt ut ingrederentur in Gador usque ad orientem Vallis, et ut quærerent pascua gregibus suis.

40. Invenieruntque pascua uberes, et valde bonas, et terram latissimam, et quietam, et fertilem, in qua ante habitaverant de stirpe Cham.

41. Hi ergo venerunt, quos supra descripsimus nominatim, in diebus Ezechias regis Juda: et percusserunt tabernacula eorum, et habitatores qui inventi fuerant ibi, et deleverunt eos usque in presentem diem: habitaveruntque pro eis, quoniam uberrimas pascuas ibidem reppererunt.

42. De filiis quoque Simeon abierunt in montem Seir viri quingenti, habentes principes Phaltiam, et Naariam, et Raphaiam, et Oziel, filios Jesi.

43. Et percusserunt reliquias, quæ evadere poterant, Amaleitarum, et habitaverunt ibi pro eis usque ad diem hanc.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FILII JUDA: PHARES, HESRON, ET CHARAI. Ex Judâ unus tantum Phares natus est. Hesron prodiit à Phares. Sed quorsum hic genealogia Juda, quæ jam superius, cap. 2. deducta est? Verò proximè arbitramur, hæc omnia deducta fuisse à Verbis veteribus (vide v. 22), nempe veteribus tabulis, quæ apud singulas tribus servabantur. Ut vitarentur turbæ, neve hæreditates alienarentur, private erant apud singulas familias tabulæ et prætereò

32. Eux leurs demeures, au nombre de cinq villes, furent Etam, Aën, Remmon, Thochen et Asan:

33. Et outre cela tous les villages qui sont aux environs de ces villes, jusqu'à Baal. Telle est leur habitation et la distribution de leurs demeures.

34. Mosobab, Jemlech et Josa, fils d'Amasias,

35. Joël, et Jéhu, fils de Josabab, qui fut fils de Saraïa, fils d'Asiel,

36. Eliéouaï, Jacoba, Isuhaïa, Isaïa, Adiel, Ismiel et Banaïa,

37. Ziza, fils de Séphéï, fils d'Alon, fils d'Idaïa, fils de Semri, fils de Samaïa.

38. Tous ceux-là devinrent les chefs célèbres de plusieurs maisons de la tribu de Siméon, et ils se multiplièrent extrêmement dans les familles qui sortirent d'eux.

39. Ils partirent de leur pays pour se rendre maîtres de Gador, et s'étendre jusqu'à l'orient de la Vallée, afin de chercher des pâturages pour leurs troupeaux.

40. Ils en trouvèrent de fertiles et d'excellents, et une terre très-spacieuse, paisible et abondante, où quelques gens de la postérité de Cham s'étaient établis auparavant.

41. Ceux-ci, que nous avons nommés plus haut, vinrent donc les attaquer sous le règne d'Ezéchias, roi de Juda; ils renversèrent leurs tentes, et tuèrent les habitans qu'ils y trouvèrent, et ils en sont demeurés jusqu'à présent les maîtres, s'y étant établis en leur place, à cause des pâturages très-gras qu'ils y trouvèrent.

42. Quelques autres de la même tribu de Siméon, au nombre de cinq cents, s'en allèrent à la montagne de Seïr sous la conduite de Phaltias, de Naarias, de Raphais et d'Oziel, enfans de Jési;

43. Et ayant défait les restes des Amalécites qui avoient pu échapper jusqu'à lors, ils se rendirent maîtres du pays, où ils sont demeurés jusqu'à ce jour.

communes erant pro totâ tribu. Ex hujusmodi tabulis descriptæ sunt hæ genealogiæ et hæreditates: cum autem varii essent illarum codices, et faciliè in tantâ annorum successione, ac bellorum rerumque novarum vicissitudine fieri poterit, ut frequenter ex tabula renovarentur, hinc orta ea varietas, quam hic inanimadvertimus. Sed et ista varietas luculentum est argumentum fidei et diligentiæ illorum qui hæc collectiones exhiberent; tales enim de-

derunt, quales nati sunt. Porrò confusionem hanc et menda quædam in textum inducta credo ob propriorum nominum copiam, et ex confusione laborem et negotium interpretibus. Sed ubi est liber adeò defæcatus, qui amanuensium incuriam non senserit?

CHARI, qui hic filius *Hesroni* tribuitur, nepos erat *Zare*, uti supra, 2, 7, demonstratum est. Ait Junius, ipsissimum esse *Calabi*, vel *Calebum*, inter filios *Hesronis* primum, de quo plura in cap. 2, quique ibidem v. 50, genuisse dicitur *Sobai*, inter filios *Hur* hic recensitum. Cæterum ex his omnibus intelligimus, consilium auctoris fuisse non tam ut seriem genealogicam daret posterorum *Juda*, quam ut designaret certum situm locorum, quæ viri illorum principes tenebant.

VERS. 2. — RALA. Non desunt qui virum hunc miscendum censent cum *Roeh*, vel principe loci requisitionis, vel *Menuchath*, de quo superius, 2, 53; sed aliam nobis opinionem probari diximus ad illum locum.

HE COGNATIONES SARATHI. Incolæ *Sarath*, vel *Saracæ* prope *Esthaol*, in tribu *Juda*, vel *Dan*, supra, 2, 55, è viris hic recensitis originem retulerunt.

VERS. 3. — ISTA QUOQUE STIRPS ETAM. Hebræus ad litteram: *Hæc... patris Etam*. Septuaginta: *Hi filii Etam*; quam interpretationem etiam adoptavit *Vulgata*. Etiam urbis nomen esse censent plures *Jun.* et *Tremel.* *Malv.* et *Cleric.* hic: *Hi habitaverunt urbem Etam*. Etiam urbs erat, vel saltem diù fuit in ditone tribus *Simeonis*, 1 Paral. 4, 52. Restituit illam *Roboamus*, 2 Par. 11, 6, faciliè commodo tribus *Juda*.

VERS. 4. — PHANUEL AUTEM PATER GEDOR. Creditur *Phanuel* ipsissimum esse *Hariph*; et *Gedor*, urbs *Bethgader*, de qua supra, 2, 51. Posterius igitur *Phanuelis* consederunt in *Gedor*, ubi pariter commoratus est *Jared* filius *Calebi*, infra, v. 18; eandemque esse credo urbem, quam deinde occuparunt *Simeonitæ*, infra, v. 59. Hanc *Josue* tribui *Juda* assignavit, *Josue* 15, 58; at satis constat, geminas illas tribus vicinas fuisse, et sæpè sedes habuisse communes.

EZER PATER HOSA, וְזָרַח בְּנֵי עֶזֶר, vel incolarum urbis *Husati*, in libris *Regum* notissime. *Sobochai*, et *Mobonnai*, viri apud *Davidem* fortissimi, ex *Hosati* originem referebant, 2 Reg. 21, 18, et 25, 27.

ISTI SUNT FILII HIER PRIMOGENIT. EPHRATA; id est, *Phanuel* et *Ezer* posteri sunt *Hur*, viri

natu maximi inter filios ex *Ephrata* et *Calebo* genitos. Porrò *Hur* pater fuit *Bethlehem*, id est, sati ex illo posteri frequentarunt urbem hanc, quæ alio nomine *Ephrata*, ex matre ejusdem nominis, appellabatur. Non satis constat, utrum *Phanuel* et *Ezer* ex *Hur* propriè parente orti sint; supra enim 2, 20, filius illi adscribitur *Uri*; legitimusque ibidem v. 51, *Salmam*, ejus filium, patrem fuisse *Bethlehem*, id est, urbem hanc per se vel per posteros frequentasse.

VERS. 5. — ASSUR PATRI THECUE ERANT DUE UXORES. *Assur*, pater incolarum *Thecuz*, filius erat posthumus *Abiaz* et *Hesronis*, ut supra, 2, 24, ex Hebræo animadvertimus: sed ex *Vulgata* *Assur* filius est solummodò *Hesronis* et *Abiaz*. Quòd autem posthumus fuerit, non satis certò constat.

VERS. 6. — THEMANT, ET AHASTHART. Nota est in *Palæstina* urbs *Thamma* in tribu *Juda*, *Josue* 15, 10 et 57, et urbs *Atharoth* *Josue* 16, 2, in finibus *Benjaminii*, quâ parte tribum *Juda* respicit.

VERS. 7. — ET ETHMAN. Interpretes quidam, *Jun.* *Pisc.* *Gloss.* collocandum aiunt *Cos* post *Ethman*, ut narratio cum versiculo sequenti copuletur: *Filii Halaæ... Isaar, et Ethman, et Cos*. Vers. 8: *Cos genuit Isaar, etc.*

VERS. 8. — COS. Cum interpretibus nonnullis arbitramur, *Cos* eundem esse *Cenez*, vel *Kenez*, de quo inferius, v. 15. Factum verò *קִנְיָן* è *קָנָן* putamus elisâ mei, vel amanuensis mendo, litterarum similitudine decepti.

VERS. 9. — FUIT AUTEM JABES INCLYTUS PRÆ FRATRIBUS SUI. Certo certius deest hic aliquid; neque enim docuit *Scriptura* quis fuerit *Jabes*, qui fratres. Suspiciantur nonnulli (*Yat.*) vide *Lyr.* et *Est.* hic) nomen *Jabes* datum illi filio à matre, *Othonielis* verò à patre; quemadmodum inter filios *Rachelis* postremum nomen *Benoni* obtinuit à matre, *Benjamin* à patre. Hæc utique opinio pretium summi habet. *Kos*, vel *Kenez* pater erat *Othonielis*, uti constat inferius, v. 15. *Cos* hic exhibetur tanquam parens omnium qui præcedunt *Jabes*; scimus autem, *Othonielem* virtute antecelluisse cæteros, atque obtinuisse à *Calebo*, præter urbem *Cariath-Sepher*, nuptias filiz ejus *Axe*, cum agris pingvibus. Vide *Josue* 15, 47 et seq., *Judic.* 1, 15. Hæc autem retulisse videtur *Ceu* præmia pietatis suæ, et fructum voti, hic v. 40, nuncupati.

VERS. 10. — ET FECERIT ME A MALITIA NON OPERIMI (1). Hebræus: *Fecerit me a malitia non operimi* (1). Hebræus: *Fecerit me a malitia non operimi* (1) *Jabes* invoqua le Dieu d'Israël, en disant:

Ha, vel doloribus, quibus affligor, vel tantam ab angustiis meis.

VERS. 11. — CALEB AUTEM FRATER SUA GENUIT MAHIN. *Caleb* iste alius est planè à *Calabi*, vel *Calebo* primo, de quo sæpius, et à *Calebo* filio *Jephone*, de quo inferius, v. 15. Sed de hujus secundi *Calebi* patre non satis constat. In Hebræo *Chelub* כְּלֻב appellatur.

VERS. 12. — PATREM URBS NAAS. Hujus nominis urbs nulla sese offert. *Nahas* Hebræicè

Seigneur, si vous voulez bien répandre sur moi vos bénédictions.... et si votre bras m'était favorable, en empêchant que je ne sois accablé par la malice des hommes, etc. L'Écriture ayant déclaré dans le verset précédent que *Jabès* devint plus célèbre que tous ses frères, semble en marquer aussitôt après la raison, lorsqu'elle ajoute qu'il invoqua le Dieu d'Israël. Il est vrai que la prière qu'il lui offre, et les demandes qu'il lui fait, ne regardent que la vie présente. Les bénédictions qu'il le conjure de vouloir répandre sur lui sont des bénédictions temporelles. Il le supplie seulement d'étendre les bornes de ses terres, et de le mettre à couvert de la malice des hommes. Mais cependant c'était beaucoup, en un temps d'infidélité et de ténèbres, où les autres s'attribuaient à eux-mêmes le pouvoir de s'agrandir, et ne reconnaissaient point l'empire suprême de Dieu sur ses créatures, de rendre au moins cet hommage au vrai Dieu, de n'attendre que de lui tous les biens que l'on pouvait espérer. Quelque instruits qu'aient été les Juifs, quelque expérience qu'ils eussent faite tant de fois de cette grande vérité, que le Seigneur de *Jacob* était le maître souverain, à la volonté duquel nul ne pouvait résister, ils se portaient presque toujours, par un effet de cette étrange inclination qu'ils avaient pour l'idolâtrie, à invoquer les faux dieux des nations, et ils regardaient les idoles comme capables de les combler des biens de la terre, et de les protéger contre la puissance de leurs ennemis. Dieu fait donc ici souvenir son peuple de cet exemple de la piété de *Jabès*, qui eut la lumière pour discerner dans un siècle de ténèbres la puissance du vrai Dieu d'avec l'impuissance des faux dieux; et dont la foi quoiqu'imparfaite, fut récompensée temporellement par une prospérité qui l'éleva en gloire au-dessus de tous ses frères.

Telle devait être la récompense proportionnée aux demandes de ces anciens, qui ne portaient point leur vue vers les biens célestes. Mais s'il est dit que Dieu accorda ainsi à *Jabès* ce qu'il avait demandé, parce qu'il invoqua le Dieu d'Israël, que ne doivent point attendre de lui ceux dont les désirs ne se bornant point à la terre, s'élèvent continuellement vers le ciel? L'Écriture ne parle donc en ce lieu et de la prière de *Jabès*, et de la bonté qu'eut le Seigneur de lui accorder sa demande, qu'afin d'animer la foi des vrais enfants d'Israël, et de les porter à concevoir de plus nobles espérances, par rapport au bonheur suprême de la cèléste patrie, dont toute la prospérité d'icibas ne peut leur représenter qu'une faible image. (Saey.)

est *as*, vel *anguis*. *Isai* pater *Davidis* appellatur *Naas* in 2 *Regum*; habitabat autem in *Bethlehem*. Confer 1 Paral. 2, 15, 15, 16, cum 2 Reg. 17, 25.

RECHA, urbs est ignota, urbs *Recem* tribui *Benjaminii* assignatur ab *Josue* 18, 27.

VERS. 13. — FILII CENEZ, OTHONIEL, ET SARATH. *Jam* sibi, *Josue* 15, 17, expendimus genealogiam *Othonielis*, qui filius *Cenez* vel *Cenezai* constanter appellatur. *Cenezus* pariter nuncupatur *Caleb* filius *Jephone*; nec defuerunt qui *Caleb* et *Othonielem* fratres è communi parente *Cenez* reputaverint. Nobis tamen probatur *Jephone* et *Cenez* fratres appellare, *Othonielem* verò et *Caleb* filios fratrum.

VERS. 14. — JOAB PATREM VALIS ARTIFICUM (1). Reddi Hebræus potest: *Joab pater Ge-Harasim*; ibi quippe erant artifices, vel officines. *Ge-Harasim* locus est situs non satis exploratus. Statuitur in tribu *Benjaminii* ad *Jordanem*; ibique erat *Ono*, de quo sibi, 1 Par. 8, 42, et 2 Esdr. 6, 2, et 11, 55. *Harasim* Hebræicè usurpatur pro fabricis *ferrariis*, *lapidariis*, et fabricis generatim.

VERS. 15. — CALEB FILII JEPHONE. Is est, qui *Moyses* ætate vivebat, et cujus est nomen in *Scripturis* celeberrimum ex inviolabili erga jussiones divinas obsequio, et fide constanti, quo præsertim tempore *Israel* universus in impietatem et invidiam declinabat.

VERS. 17. — JESBA PATREM ESTHAMO, id est, *Jesba*, patrem incolarum *Esthamo*, urbis in tribu *Juda*, *Josue* 15, 50. *Mariam* hanc ipsam esse sororem *Moysis*, docent *Rabbiini*.

VERS. 18. — UXOR QUOQUE EUS JUDAEA. Non satis apertè docet hic textus, cujus uxore fuerit *Judæa*, *Calebine*, an *Mored*, an *Jesba*, an *Esthamo*. Sed ex reliquis hujus versiculi verbis innui videtur, *Mered* duxisse *Bethiam* *Ægyptiam*, filiam *Pharaonis*, quo ex connubio nati sunt *Maria*, *Sammai* et *Jesba*, pater *Esthamo*; ex aliâ verò uxore gentili suâ, foris *Judæa*, genuisse *Jared* patrem *Gedor*, et *Heber* patrem *Socho*, et *Leathiel* patrem *Zane*. Hic *gominus* videtur sensus hujus textûs, obscuri aliquoquin, quòd omissione vocularum quarumdam mancus sit.

JARED PATREM GEDOR, incolarum scilicet *Gedor*, vel *Gador*. Vide supra, v. 4. Idem etiam reputandum est proportione de *Esthamo*,

(1) Ideò, ait *S. Hieron.*, dicitur pater *Valis artificum*, quia de filiis ejus fuit architecti ad ædificandam domum Domini (Corn. à Lap.)

Iechiele, et Zanoë; sunt enim nomina locorum, quæ posteri Mered frequentarunt.

HI FILII BETHUÆ FILLE PHARAONIS, QUAM ACCIPIT MERED. Tradant Hebræi, Mered ipsum esse *Calebam*, et *Juda* unum esse Jochabedam matrem Moysis, Mariæ et Aaronis; adduntque, Bethiam filiam Pharaonis illam esse mulierem, quæ adoptavit Moysen, cæterosque filios, et filias Judaicæ. Sed nihil ista moramur. Mered ignoti viri nomen est, quem ignorare placet potius, quam fabulas genealogicas comminisse.

VERS. 19. — FILII UXORIS ODALÆ. Odaia eadem est faciliè ac Judaia versiculi præcedentis. Hosce autem filios addidit, videlicet *Garmi*, *Esthano* et *Machathi*, seu potius incolas *Garem*, *Esthano* et *Machathi*. De *Garem* nihil sciens, *Esthano*, 1 Reg. 50, 28, et *Machathi* maxime celebratur. Illa urbs erat in Juda, Josue 15, 50; 21, 14; eò enim ad amicos suos misit David partem spoliorum ex Amalecitis. *Machathi* longe ab hac distabat, ad septentrionem regionis Basan et Galaaditidis in districtu Joridalem, Deuter. 5, 14; Josue 12, 5, etc.: quare pro Machathi legendum hic mallem *Menuchati*. Vide supra, 2, 52 et 54, ubi de regione Menuchath in ditone Juda.

VERS. 21. — FILII SELÆ: HER PATER LECHÆ. Instituitur hic genealogia alterius filii Juda, cum huc usque actum sit de genealogia Phares, filii Juda natu majoris. Igitur Sela genuit *Her*, cujus posteri tenuere *Lechan*, vel *Lechi*, id est, Joëthi maxillæ, ubi Samson maxilla asini Philistæos laedit, Jud. 15, 9.

LAADA PATER MARËSÆ; INCOLARUM SCILICET MARËSÆ IN TRIBU JUDÆ, PROPÊ ELEUTHEROPOLIM. Josue 15, 59, et 2 Par. 16, 9, 10.

COGNATIONES DOMUS OPERANTUM BYSSEM IN DOMO JURAMENTI (1). Hebræus: *Laada pater Beth-Havodath Buz*, in *Beth-Asbeah*. Opera Buz, vel Byssi, quæ fiebant in *Beth-Asbeah*, sub magisterio posterorum Laadæ fiebant. De Buz, vel Byssa disseremus inferius, capite 15; *Beth-Asbeah*, vel domus Juramenti, fortè miscenda est cum urbe Bersabee, vel fonte Juramenti, Genes. 21, 51.

VERS. 22. — QUI STARE FECIT SOLEM, VIRIQUE MENDACII, ET SECURUS, ET INCENDENS. Narrant

(1) In domo Juramenti. Hebr. *Asbea*: est nomen proprium significans, *Juramentum*; unde Septuag. vertunt. In domo *Asbea*. Noster his decem capitibus septem nomina Hebræa propria non retinet, sed vertit eorum significata, quia in significatis putat latere aliquod mysterium, vel allusionem rei vel personæ congruam. (Corn. à Lap.)

Hebræi (Vide Lyr. hic et Tost.) eum qui solum remoratus est, fuisse Elimelechum, virum Noëmi, qui civium suorum licentiam coherere volens, persimili prodigio ac Josue solem in medio sui cursu remoratus est. Cum verò tam ingens prodigium Bethlehemitas ad saniora non revocasset, Elimelechum prædixisse illis famem, quæ et ipsum coegit in Moabitidem secedere; ubi diem clausere ipse et gemini ejus filii, appellati hic *est mendacii*, id est, steriles, et posteritate destituti. Nuncupantur etiam *securus* et *incendens*, quasi duo hæc nomina perinde valerent ac Chelion et Mahalon. Additur, *uxores habuisse illos in Moab*; ibi enim reverà conjugio copulati sunt, eorumque mater rediit in *Lehem*, id est, in Bethlehem, cum nuru suâ Ruth, quam Booz duxit. Hanc illi fabellam instruunt. Sed Hebræus ita sonat ad iterum: *Johim*, et *viru Cosba*, et *Josa*, et *Saraph*, qui dominati sunt (vel conjugio copulati sunt) in *Moab*, et qui stant in *Lehem*; vel potius, et incolæ *Lehem*, quæ *Bethlehem*. Vide 1 Par. 20, 5, et Ruth 1, 22, ubi legitur *וירי מלך מלך*, pro *מלך*. Hi omnes originem referunt à Sela filio Juda. Neque mirum, si plures recensentur, quorum posteri unam eandemque urbem coluerint. Bethlehem plures familie tribus Juda frequentabant. Vide supra, 2, 51, 54, et hic, v. 4.

HEC AUTEM VERBA VETERA; DISCIMUS SCILICET EX VETERI SERMONE, TRADITIONE, MONUMENTIS. Nihil auctor scripsit, quod è vetustis tabulis non hauserit. Hic erat olim familiarum ordo in uribus Juda: ita in varias familias posteritatis Juda tota hæc regio distributa est.

VERS. 25. — HI SUNT FIGULI HABITANTES IN PLANTATIONIBUS, ET IN SEPIBUS, APUD REGEM IN OPERIBUS EJUS. Docti plures interpretes, Crot., Jun., Malv., Piscat., consent, singulos hosce habitasse tunc Babylone, sedemque habuisse in Netahim, et Gadera, operam suam regi ejusdem regionis locantes; hi verò auctorem originis suæ habuerunt *Selam*, et antequam transferentur Babylonem, sedem habebant in Bethlehem. Hebræus ad litteram: *Isti figuli, et habitatores Netahim et Gaderæ cum rege in opere suo, habitaverunt ibi*. Nullus occurrit in Palestina locus sub nomine *Netahim*; vicissim autem notæ sunt *Cader*, et *Caderoth*, Josue 12, 13, et 2 Par. 28, 48.

VERS. 24. — FILII SIMEON: NAMUEL, ET JAMIS, etc. Hæc Simeonis genealogia longè alia est ab eâ, quæ in Genesi, 46, 10, et in Numeris, 26, 12, ducitur. Hic enim nomina quæ

dam occurrunt, quæ nusquam alibi; uti et alibi quædam, quæ hic desunt. Id fortè peperit multitudo nominum unius ejusdemque hominis. Non absimile verò censemus, auctorem libri hujus aliquid cogitasse, quàm ut seriem genealogicam accuratam et constantem tribus Simeonis exhiberet: quare solummodo eos protulit, quos exigebat necessitas pandendi res tribus Juda, ejusque ac Simeonis limites, quæ duæ erant tribus finitimæ. *Namuel* appellatur *Jamuel* in Gen. 46, 10.

JARIB DEEST IN GENESI ET IN NUMERIS. *ZARA*, qui *Zare* in Numeris appellatur, et deest in Genesi, vel idem est cum *Sohar*, qui hic non legitur, uti nec *Ahod*.

VERS. 27. — UNIVERSA COGNATIO NON POTUIT ADJEDARE SUMMAM FILIORUM JUDÆ (1). Hebræus

(1) Et toute leur postérité ne put jamais égaler le nombre de ceux de Juda. Simeon et Lévi avaient été mandés par Jacob à cause du crime qu'ils avaient commis à l'égard des Sichimites. Mais il semble que cette malédiction fut seulement temporelle et conditionnelle, c'est-à-dire, qu'elle ne devait subsister qu'à l'égard de ceux qui ne travailleraient point à réparer la faute des chefs de leur race. Car, en effet, les Lévités la réparèrent avantagusement, et se relevèrent en même temps de cette malédiction de Jacob, par les grandes et saintes actions de Moïse, d'Aaron et de Phinéas. Mais la tribu de Simeon, au contraire, l'augmenta encore par les déréglemens de Zambri, qui portait le peuple à la fornication et à l'idolâtrie par son exemple, et que Phinéas tua de sa propre main. C'est pourquoi cette tribu n'eut point de part aux bénédictions de Moïse.

Et ce fut sans doute par un effet de la même malédiction de Jacob, que toute la postérité de Simeon ne put jamais, comme il est marqué ici, égaler le nombre des enfans de Juda; ce qu'il est aisé de vérifier par les dénombrements que fait l'Écriture des différens tribus. Car il est bon de se souvenir qu'une nombreuse postérité était regardée, principalement au temps de l'ancienne loi, comme une marque toute particulière de la bénédiction du Seigneur. Aussi nous voyons dans la Genèse que Dieu promet à Abraham, pour récompense de sa soumission et de sa foi, de le bénir et de multiplier sa race comme les étoiles du ciel, et comme le sable du rivage de la mer; ce qui néanmoins peut très-bien s'entendre aussi, non seulement du peuple Juif qui se multiplia d'une manière si surprenante, mais encore de la vraie race d'Israël; de ceux que saint Paul appelle *l'Israël de Dieu*, ou les enfans de Dieu, qui sont les vrais Israélites; et qu'il oppose à ceux qu'il nomme autre part, les *Israélites selon la chair*. Car, comme dit encore le même Apôtre, tous ceux qui descendent d'Israël, ne sont pas pour cela vrais Israélites; et tous ceux qui sont de la race d'Abraham, ne sont pas pour cela ses vrais enfans.

Cette multiplication de la postérité d'Abra-

dam ad litteram: *Non multiplicaverunt familiam suam usque ad filios Juda*. Nunquam æquarunt frequentiam filiorum Juda, imò neque reliquis tribus, uti ex censibus populi sub Moysæ constat, Num. 1, 22, et 26, 14. Ex hac imbecillitate tribus Simeonis factum est, ut nunquam solverit fœdus cum tribu Juda, quæ et satiam amplam portionem ditiosis Simeoniticæ occupavit. Crediderim ego, urbes, quarum sunt nomina in vers. 28, 29, 30, 51, 52, incolas continuisse plures è tribu Juda, quàm è Simeone; id quod faciliè innuere hic voluit auctor, scribens nomina à se recensitas numerum filiorum Juda nunquam æquasse.

VERS. 29. — THOLAD, ALIO NOMINE *Eltholad*. Josue 19, 4.

VERS. 50. — BATHUEL. Ipsa est faciliè Bethul, vel Bethulia, Josue 29, 4; Judith 6, 7.

VERS. 51. — HÆ CIVITATES FORUM USQUE AD REGEM DAVID. Filii Simeonis omnes hæcæ urbes soli usque ad regnum Davidis possederunt. Porro David urbes quasdam Simeonis redegit ad tribum Juda, uti Scieleg, 1 Reg. 28, 6; in alias verò, incolis minus frequentatas, misit colonias. Nihil tamen de hoc in libris Regum. Post Salomonem Simeonitæ, jugo domus Davidicæ excessu, magis magisque in arctum redacti sunt, prorogantibus regibus Juda ditiosum suam pro viribus in sorte Simeonis. Quare illi coacti quasi sibi sedes in Gador et montibus Seir, sub regno Ezechia, ut patebit inferius, vers. 59, 41, 42.

VERS. 55. — BAAL, ALIO NOMINE *Baala*, vel *Baalath Beer Ramath*, Josue 19, 8.

VERS. 58. — ISTI SUNT NOMINATA PRINCIPES IN COGNATIONIBUS SUIS. Post secessionem decem tribuum, ii quorum nomina in præcedentibus versiculis scripta sunt, capita erant familiarum, et principes tribuum, coactoque exercitu profecti sunt in expeditionem Gador, vel Gedor, vel Gaderæ. Urbem hæc et Gaderam ap-

ham, qui est appellé le père des fidèles, peut donc regarder aussi tous ceux qui se sont rendus les imitateurs de sa foi dans le cours de tous les siècles qui l'ont suivi. Et ainsi la bénédiction que le Seigneur lui promet étoit en cela bien différente de celle dont parle l'Écriture, lorsqu'elle dit que la postérité de Simeon ne put égaler le nombre des enfans de Juda; à moins que nous n'entendions aussi d'une manière spirituelle ce qui regardait cette tribu de Juda, d'où devait sortir le Messie, Jésus-Christ, Fils de Dieu selon sa nature divine, et fils de David selon sa naissance temporelle, à qui l'Apôtre se glorifiait d'avoir engendré plusieurs enfans par l'Évangile: *In Christo Jezu per Evangelium ego vos genui*. (Sacy.)

pellat Strabo, libro 16, statuitque non procul à Joppe et Jannia. Chananæi ibi eò usque, id est, usque ad regnum Ezechie, persisterant. *In quâ ante habitaverant de stirpe Cham.* Sunt qui credant (vide Gen. 10, 14), nomine stirpis Cham innui hic Philistæos, quos constat originem retulisse vel à Chasluim, vel à regione Chasluitarum. Sed ambiguum est, an parentes agnoscant Chasluitas, posteros Mesraim, filii Cham. Sed cur eadem hæc non interpretemur de Ægyptiis, qui genuina erant Chamii posteritas? Vide Psalm. 77, 51, et 104, 25, 27. (1)

VERS. 41. — PERCUSSERUNT HABITATORES, QUI INVENTI FUERANT. Viri quidam reddendum credunt cum Septuaginta: *Percusserunt Minæos, qui inventi fuerant ibi.* Porrò Minæi gens erat in Arabiâ, quorum nomen non semel occurrit in Scripturâ; vide Judic. 40, 41, et 2 Para-

(1) VERS. 40. — IN QUÂ ANTE HABITAVERANT DE STIRPE CHAM, id est, Chananæi, hi enim prognati sunt ex Chanaan filio Cham filii Noe. Sensus est, q. d. : Simeonitæ, crescente numero filiorum suæ tribus, cum arcibus habitarent, presertim in medio tribus Juda, quæ in schismate facta sub Roboam suas urbes à Simeonitis recepit; hæc de causâ Chananæos vicinos, qui post Josue in terrâ sanctâ restiterant, nec ab Hebræis expelli poterant, invaserunt, eorumque urbes, agros et pascua occupaverunt initio regni Ezechie; sed modo tempore is gavisus sunt, nam anno sexto Ezechie cum reliquis novem tribubus à Salmasar captivi abducti sunt in Assyriam, 4 Reg. 17, 6, et c. 18, v. 10. (Corn. à Lap.)

CAPUT V.

1. Filii quoque Ruben primogeniti Israel; (ipse quippe fuit primogenitus ejus: sed cum violasset torum patris sui, data sunt primogenita ejus filiis Joseph filii Israel, et non est ille reputatus in primogenitum.)

2. Porrò Judas, qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe ejus principes germinati sunt: primogenita autem reputata sunt Joseph.)

3. Filii ergo Ruben primogeniti Israel: Enoch et Phallu, Esron, et Charmi.

4. Filii Joel: Samaia filius ejus, Gog filius ejus, Semei filius ejus,

5. Micha, filius ejus, Reia filius ejus, Baal filius ejus,

6. Beera filius ejus, quem captivum duxit Thelgath-Phalnasar rex Assyriorum, et fuit princeps in tribu Ruben.

7. Fratres autem ejus et universa co-

lip. 20, 4, et 26, 7, nec profanos scriptorês latet. Vide, si lubet, Boch., Phaleg lib. 2, cap. 22. Syrus et Arabs exhibent, Simeonitas corrupisse ac dissipasse omnes aquarum fontes, quos ibi nacti fuerunt. Profectò littera Hebræi habet כַּעֲנִיבִי, quod derivari posset ex עַיִן, fons. Vertendum ego maluerim, fusos ab illis Arabes, vel Amalecitas, incolas Maonis vel Maonidis, urbis in eâ regione inelytæ. Vide animadversiones nostras in tabulam geographicam ad Josue.

VERS. 45. — PERCUSSERUNT RELIQUAS AMALECITARUM; reliquias scilicet Amalecitarum, superstities à bello Saulis, 1 Reg. 14, 48, ac postea Davidis, 2 Reg. 8, 42. Acta sunt hæc facillè circa idem tempus, quo expeditio in Gador, de quâ superius, vers. 39, 40, 41, id est, sub regno Ezechie, et fortè sub tempus captivitatis decem tribuum per Salmasarem, anno 5285, et septimo Ezechie. Opportunè tunc Simeonitæ, relicta regione suâ, subducere sese ex Assyriis potuerunt, ut novas sibi sedes ulterius in Arabiâ Petræâ compararent: vel fortè à tribu Juda in arcum redacti, coacti sunt penetrare ulterius ad meridiem in Arabiam. Filii Jesi, qui expeditioni huic præfuerunt, non leguntur hic in versiculis 54, 55, 56 et 57. Sed fortè Jesi eorum pater, ipse est Asaia, cujus nomen legitur in v. 56. Duo hæc nomina variè unius litterulæ postpositione formantur.

CHAPITRE V.

1. Voici les enfans de Ruben, fils aîné d'Israël; (car c'est lui qui était son aîné; mais parce qu'il déshonora le lit nuptial de son père, son droit d'aînesse fut donné aux enfans de Joseph, qui était aussi fils d'Israël, et Ruben ne fut plus considéré comme l'aîné.)

2. Or Juda était le plus vaillant de tous ses frères; et de sa race sont sortis des princes qui ont régné sur tout Israël; mais le droit d'aînesse fut conservé à Joseph.)

3. Voici donc les fils de Ruben, qui était l'aîné d'Israël: Enoch, Phallu, Esron et Charmi.

4. Joël eut pour fils Samaïa, père de Gog, dont le fils fut Séméï.

5. Micha fut fils de Séméï, Reia fut fils de Micha, et Baal fut fils de Reia.

6. Béera, son fils, l'un des chefs de la tribu de Ruben, fut emmené captif par Thelgath-Phalnasar, roi des Assyriens.

7. Ses frères et toute sa parenté, dans le dénombrement qui en fut fait par familles,

gnatio ejus, quando numerabantur per familias suas, habuerunt principes, Jehiel et Zachariam.

8. Porrò Bala filius Azaz, filii Samma, filii Joel, ipse habitavit in Aroer usque ad Nebo et Beelmeon.

9. Contra orientalem quoque plagam habitavit usque ad introitum eremi, et flumen Euphraten: multum quippe junmentorum numerum possidebant in terrâ Galaad.

10. In diebus autem Saül præliati sunt contra Agareos, et interfecerunt illos, habitaveruntque pro eis in tabernaculis eorum, in omni plaga quæ respicit ad orientem Galaad.

11. Filii verò Gad è regione eorum habitaverunt in terrâ Basan usque Selcha: 12. Joel in capite, et Saphan secundus: Janai autem, et Saphat, in Basan.

13. Fratres verò eorum secundum domos cognationum suarum, Michael, et Mosollam, et Sebe, et Jorai, et Jachan, et Zie, et Heber, septem.

14. Hi filii Abihail, filii Huri, filii Jara, filii Galaad, filii Michael, filii Jescsi, filii Jeddo, filii Buz.

15. Fratres quoque filii Abdiel, filii Guni, principes domus in familiis suis.

16. Et habitaverunt in Galaad, et in Basan, et in viculis ejus, et in cunctis suburbanis Saron, usque ad terminos.

17. Omnes hi numerati sunt in diebus Joatham regis Juda, et in diebus Jeroboam regis Israel.

18. Filii Ruben, et Gad, et dimidiæ tribus Manasse, viri bellatores, scuta portantes et gladios, et tendentes arcum, eruditique ad prælia, quadraginta quatuor millia et septingenti sexaginta, procedentes ad pugnam.

19. Dimicaverunt contra Agareos: Iuræi verò, et Naphis, et Nodab,

20. Præbuerunt eis auxilium. Traditi que sunt in manus eorum Agareï, et universi qui fuerant cum eis, quia Deum invocaverunt cum præliarentur: et exaudivit eos, eò quòd credidissent in eum. 21. Ceperuntque omnia quæ possede-

se trouvaient avoir pour chefs Jehiel et Zacharie.

8. Bala, fils d'Azaz, qui était fils de Samma, fils de Joël, s'établit dans Aroër, jusqu'à Nébo et Béelmeon.

9. Il poussa aussi ses habitations jusqu'au pays oriental, jusqu'à l'entrée du désert et jusqu'au fleuve de l'Euphrate, à cause de la grande quantité de bestiaux qu'ils possédaient dans la terre de Galaad.

10. Du temps de Saül ils combattirent contre les Ismaélites, descendants d'Agar, et les ayant tués en pièces, ils demeurèrent dans leurs tentes, et s'établirent dans tout le pays qui est à l'orient de Galaad.

11. Les enfans de Gad s'établirent vis-à-vis d'eux dans le pays de Basan jusqu'à Selcha.

12. Joël était leur chef, et Saphan tenait le second rang. Janai et Saphat commandaient dans Basan.

13. Les frères étaient Michel, Mosollam, Sébé, Jorai, Jachan, Zié et Heber, lesquels sont sept en tout, et qui eurent chacun leur maison et leur postérité.

14. Ceux-ci furent fils d'Abihail, qui était fils d'Huri, fils de Jara, fils de Galaad, fils de Michel, fils de Jécési, fils de Jeddo, fils de Buz. 15. Leurs frères furent encore les fils d'Abdiel, fils de Guni, qui firent chacun une maison et une branche.

16. Ils s'établirent dans le pays de Galaad, dans Basan et les bourgades qui en dépendent, et dans tous les villages de Saron, jusqu'aux extrémités.

17. Tous ceux-ci se trouvent dans le dénombrement qui fut fait du temps de Joatham, roi de Juda, et dans celui du temps de Jeroboam, roi d'Israël.

18. Les enfans de Ruben, de Gad et de la demi-tribu de Manassé, gens de guerre qui portaient le bouclier et l'épée, savaient se servir de l'arc, et étaient très-expérimentés à combattre, étaient au nombre de quarante-quatre mille sept cent soixante hommes en état de se mettre en campagne.

19. Ils eurent la guerre contre les Agaréens, à qui les Iurécens, avec ceux de Naphis et de Nodab,

20. Donnèrent du secours. Et les Agaréens tombèrent en leur pouvoir avec tous les gens de leur parti, parce qu'ils eurent soin d'invoquer Dieu dans le combat; et il les exauça, parce qu'ils avaient cru en lui.

21. Et ils se rendirent maîtres de tout ce

rant, camelorum quinquaginta millia, et ovium ducenta quinquaginta millia, et asinos duo millia, et animas hominum centum millia.

22. Vulnerati autem multi cœrnerunt: fuit enim bellum Domini. Habitaveruntque pro eis usque ad transmigracionem.

23. Filii quoque dimidia tribus Manasse, possederunt terram à finibus Basan usque Baal-Hermon, et Sanir, et montem Hermon: ingens quippe numerus erat.

24. Et hi fuerunt principes domus cognationis eorum: Ephraim, et Jesi, et Eliel, et Ezriel, et Jeremia, et Odoia, et Jediel, viri fortissimi et potentes, et nominati duces in familiis suis.

25. Reliquerunt autem Deum patrum suorum, et fornicati sunt post deos populorum terræ, quos abstulit Deus coram eis.

26. Et suscitavit Deus Israel spiritum Phul regis Assyriorum, et spiritum Thelgath-Phalnasar regis Assur: et transtulit Ruben, et Gad, et dimidiam tribum Manasse, et adduxit eos in Lahela, et in Habor, et Ara, et fluvium Gosan, usque ad diem hanc.

VERS. 1. — DATA SUNT PRIMOGENITA EJUS (Ruben) FILIIS JOSEPH (1), ET NON EST ILLE REPUTATUS IN PRIMOGENITUM. Occupat hic sacer historicus questionem, quæ facili succurrere potest lectoribus, cur genealogiarum exordium non duxerit à Ruben, filiorum Jacobi natu maximo. Ruben jure primogeniti exciderat, in pœnam violati tori paterni turpissimo incestu, Genes. 35, 22, et 49, 4, ex quo factum est, ut Juda principem locum sortiretur super cæteras tribus, ac deinde regiam potestatem, dignum virtutis suæ præmium, et Joseph duplex portio tribueretur privilegio singularis charitatis Jacobi in filium charissimum. Itaque pri-

(1) Scilicet Ephraim et Manasse. Primogenitus enim habebat duplicem portionem hereditatis paternæ, ut sanctitur Deuter. cap. 21, vers. 16, et hanc debebat habere Ruben, utpote primogenitus Jacobi, sed ob ejus incestum illa translata est ad Joseph, qui per duos filios jam dictos duplicem terræ sanctæ portionem obtinuit. Rursum primogenito competebat jus sacerdotii, et hoc à Ruben translatum est ad Levi; ad hæc, jus primatus et regni, et hoc delatum est Juda.

(Corn. à Lap.)

que possedebant ces peuples, c'est-à-dire, de cinquante mille chameaux, de deux cent cinquante mille brebis et de deux mille ânes; et ils firent cent mille prisonniers.

22. Et plusieurs tombèrent; car c'était une guerre du Seigneur. Ils s'établirent à leur place, jusqu'à la transmigracion.

23. La demi-tribu de Manassé occupa aussi toutes les terres qui sont depuis les extrémités de Basan jusqu'à Baal-Hermon et Sanir, ainsi que la montagne d'Hermon, parce qu'ils étaient en fort grand nombre.

24. Voici ceux qui furent chefs de leurs diverses familles: Ephraim, Jési, Eliel, Ezriel, Jérémie, Odoia et Jediel; tous gens braves et puissants, qui acquirent beaucoup de réputation parmi ceux de leur maison qu'ils commandaient.

25. Cependant ils abandonnèrent le Dieu de leurs pères, et commirent une infidélité, en suivant les dieux de ces peuples que Dieu avait exterminés en leur présence.

26. Alors le Dieu d'Israel suscita contre eux l'esprit de Phul, roi des Assyriens, et de Thelgath-Phalnasar, aussi roi d'Assur, et il fit enlever la tribu de Ruben, celle de Gad, et la demi-tribu de Manassé, et les emmena à Lahela, à Habor et à Ara, sur le fleuve de Gozan, où ils sont demeurés jusqu'à ce jour.

COMMENTARIUM.

villegia majoris natu, à Ruben sublata, divisa sunt inter Judam et Josephum. Præterit sacerdotium, quod Levi cessit: illud tamen privilegium fuisse peculiare majorum natu, non satis constat. Vide que diximus in Genes. 25, 54.

VERS. 2. — DE STRIPE EJUS PRINCIPES GERNATI SUNT (1). Judas dedit Israeli reges à Da-

(1) Or, Judas était le plus vaillant de tous ses frères, et des princes sont sortis de sa race. Mais le droit d'aînesse fut conservé à Joseph. On peut voir dans le livre de la Genèse le crime qui fit mériter à l'aîné de tous les enfants de Jacob, nommé Ruben, de déchoir des droits de l'aînesse, et de recevoir la malediction de son père. Or, le droit d'aînesse consistait en deux privilèges considérables. Premierement l'aîné était comme le seigneur de ses frères, selon cette benédiction si célèbre qu'Isaac donna à Jacob, devenu l'aîné d'Esau par la vente qu'il lui fit de son droit d'aînesse: *Soyez, lui dit-il, le seigneur de vos frères, et que les enfants de votre mère s'abaissent profondément devant vous.*

L'Écriture nous marque donc obscurément en ce lieu, et plus clairement ailleurs, que ce premier avantage fut transféré à Juda, auquel son père Jacob prédit en le bénissant, que le sceptre ne lui serait point ôté, et qu'il y aurait toujours un prince de sa race.

vide usque ad captivitatem Babylonicam. In Hebræo est: *Et qui egressurus est ex illo, erit caput, vel princeps: Septuag. Καὶ ἀποχρήσει ἐξ αὐτοῦ. Messias, Redemptor Israelis, ex Juda proditurus est. Ita Syr., Arab., Vat.*

VERS. 4. — FILII JOEL, SAMIA. Quis fuerit pater Joëlis, ignotatur. Sunt qui parentem illi tribuant Carmi, statim superius expressum; alii Enochum, filium Ruben, natu maximum.

VERS. 6. — BEERA FILIUS EJUS, QUEM CAPTIVUM DUXIT THELGATHPHALNASAR. Decem tribus Israelis suos habuerunt principes tribuum, etiam post factam à domo Davidicâ secessionem. Beera, filius Rejæ, principem agebat in tribu Ruben, cum Thelgathphalasar, sive ut appellatur hic, Thelgathphalasar, captivas adduxit tribu Ruben, Gad, et dimidiam Manasse, cum Nephthali et Zabulone, 4 Reg. 15, 29. A Ruben usque ad Beeram recenset Scriptura duodecim generationes, ut spatium impleatur circiter septingentorum quinquaginta annorum, quos supputamus ab exitu ex Ægypto usque ad primam captivitatem Israelis sub Thelgathphalassaro.

VERS. 8. — BALA... HABITAVIT IN AROER USQUE AD NEBO, ET BEELMEON. Jacobat Aroer ad annem, vel torrentem Arnon, ejusdemque

Mais il y avait encore un autre avantage attaché au droit d'aînesse, qui était que, selon la loi du Seigneur, l'aîné devait avoir une double portion: *Habituque ei de his que habuerit cuncta duplicia; iste est enim principium filiorum ejus, et huic debentur primogenita.* C'était l'ordonnance que Dieu avait faite par la bouche de Moïse en faveur de ceux qui étaient les premiers dans les familles, et à qui ce privilège était dû, comme il le dit, à cause de leur naissance. Or, ce droit fut transféré, non à Juda, qui eut seulement celui de la dignité et de la principauté, mais à Joseph, c'est-à-dire, à ses enfants, Ephraim et Manassé, parce qu'un lieu que les autres enfants de Jacob ne composèrent chacun qu'une tribu, Joseph seul en composa deux qui étaient celle d'Ephraim et de Manassé, et par conséquent eut deux portions pour son héritage.

Que si l'on demande pourquoi Juda, qui eut le droit de principauté, et d'où devait naître le prince suprême de tous les peuples, n'eut point encore celui d'un double partage, on peut répondre que c'était peut-être pour marquer dès lors que l'avantage de ceux qui devaient appartenir au roi de Juda de qui nous parlons, ne serait point de partager doublément les biens de la terre, mais de posséder une vraie principauté, en devenant, comme dit saint Pierre, autant de rois: *Regale sacerdotium, et vainqueurs du monde avec celui qui l'a vaincu le premier, et qui leur a mérité la grâce de le vaincre comme lui: Confidite; ego vici mundum.* (Sacy.)

regionis urbs erat et mons Nebo. Porrò mons Nebo porrigebatur ab urbe ejusdem nominis usque ad torrentem Arnon. Beelmeon aberat 9000 passibus ab Hesebone, teste Eusebio. Itaque Bala occupasse censendus est ingentem ditios transjordaninæ tractum, quem Arnon ad orientem et meridiem, et montes Nebo ad septentrionem definiebant; sed usque ad Jordanem non porrigebatur.

VERS. 9. — CONTRA ORIENTALEM QUOQUE PLAGAM HABITAVIT USQUE AD INTROITUM EREM, ET FLUMEN EUPHRATIS. Contigit hoc facili sub Josue, vel sub judicibus, quo tempore res Judæorum florebat. Aliquandiu post, sub regno Saulis, Bala, vel ejus posterî auxere pomeria trans Arnon ad orientem, quidquid optime regionis erat usque ad Arabiam desertam occupantes, adjectis imperio suo desertis et pascuis, que à montibus Galaaditicis usque ad Euphratem excurrunt; puisie inde Arabibus Scenitis, qui urbibus, atque conditis ædibus carentes, vitam in tentoriis agebant, ut exprimitur his verbis v. 10: *Habitaverunt pro eis in tabernaculis, in omni plagâ, que respicit ad orientem Galaad.* Totam regionem à Mediterraneo usque ad Euphratem promiserat Deus Israelitis, qui et illam aliquo temporis spatio possederunt.

VERS. 10. — IN DIEBUS SAUL PRLIATI SUNT CONTRA AGAREOS, ISMAELITAS, POSTEROS AGAR. *עַרְבֵי וְיִשְׂרָאֵל בְּיַד יְהוָה. Septuag. Ἐκείνων πρόμαχοι ἦσαν τοῖς παροῦσιν, perinde ac legerit יְהוָה, advenas. Syrus et Arabs: Cum Arabibus incolis Saccæ, id est facili, cum Arabibus Scenitis, vel sub tentoriis degentibus; idem enim significat vox Græca Scenitis. Convenit inter omnes, advenarum nomine significari hic Arabes, Agareos ex Agar matre suâ appellatos, neque aliter reddunt Septuaginta Hebræum Hagarium inferius, v. 19, et in psalmo 82, 7; idem quoque bellum esse, quod fuscus describitur inferius, v. 19, etc.*

VERS. 11. — IN TERRA BASAN USQUE SELCHA. Tribus Gad jacebat ad septentrionem Ruben, in Basanitie, eximiâ regione, qua à meridie ad septentrionem excurrerebat à ditione Ruben usque ad urbem Selcham, torrenti Jaboc proximam. Vide Deut. 5, 10.

VERS. 12. — JOEL IN CAPITIS, ET SAPHAN SECUNDUS. Transfert huic sacer historicus fragmentum à censu quodam, et à tabulis tribus Gad, descriptis sub Joathanrege Juda, et Jero boamo rege Israelis, infra, v. 17; quo tempore Joel principem agebat in tribu Gad, et Sa-

phan ab illo secundus præerat. Exhibentur inferiùs alii principes stirpium et familiarum.

VERS. 15. — FRATRES QUOQUE FILII ABDIEL. Reddi potest Hebræus : *Achi filius Abdiel filii Guni, principes domus in familiis suis, non secus ac si de quibus in versiculis præcedentibus.*

VERS. 16. — IN SUBURBANIS SARON USQUE AD TERMINOS. Saron portio erat Basanitidis trans Jordanem. Vide dicta ad Josue 12, 18. Regio etiam alia erat, Saron nomine, à Cæsareâ Palestinæ usque ad Joppen porrecta; uti et alia Saron continebatur intra montem Thabor et mare Tiberiadis, teste Eusebio.

VERS. 17. — IN DIEBUS JOATHAN REGIS JUDA, ET IN DIEBUS JEROBOAM REGIS ISRAEL. Joathan filius Azariæ regis Juda natus est circa annum mundi 3221, biennio post decessum Jeroboami II, uti nos in 4 Regum 15, 5, demonstravimus. Quare eodem simul tempore in vivis agentes Jeroboamum et Joathanum calculus hic chronologicus non patitur; obiit enim Jeroboamus anno Ozia sexto et vigesimo, cum Joathan, obeunte patre suo Ozia, annos ageret solummodò quinque et viginti; ipse autem Ozias duobus et quinquaginta annis regnavit. Objectionem hanc occupare conati sumus ad libros Regum, utque difficultas omnis auferatur, illud expeditissimum videtur, si mendum aliquod amanensium agnoscamus in numero annorum Joathani, Ozia, vel Jeroboami. Illud etiam occurrit, quòd calculi hic expressi non simul omnes, sed alter post alterum deducti fuerint, alter scilicet sub Jeroboamo II, et alter sub Joathano; et fortè etiam sermo hic est non de Jeroboamo II, sed de Jeroboamo I, filio Nabat, regni Samaritici conditore. Porrò identidem institui consuevisse videntur in utroque regno Juda et Israelis census populi; quòd tunc præsertim servari debuit, cum bellum aliquod suscipiendum erat, et cum apud arma milites conscriberentur.

VERS. 19. — DIMICAVERUNT CONTRA AGAREOS; ITUREI VERO ET NAPHIS, ET NODAB PRÆBERUNT EIS AUXILIUM. TRADITIQUE SUNT IN MANIBUS EORUM AGAREI. De hac in Agareos expeditione, supra, v. 10, sermo aliquis præcessit; ibidemque innui videtur, expeditionem hanc suscepisse unam tribum Ruben; hic autem intelligimus, socios accessisse tribum Gad, et dimidiam Manasse. Textus Vulgatæ exponi etiam ita posset, quasi Ituræi et incolæ Naphis et Nodab accesserint Israelitis adversus Agareos; sed

in contrarium planè sensum accipiendus est; Agarei enim in partes suas traxerunt Ituræos, et incolæ Naphis ac Nodab. Ita Hebræus ad litteram : *Fecerunt bellum cum Agareis, et Jetur, et Naphis, et Nodab, et adjuti sunt eis, et traditi sunt in manus eorum. Septuaginta : Et prævaluerunt in eos, et traditi sunt in manus eorum Agarei.*

Ituræa vetus arctioribus planè finibus clauderetur, quàm quæ describitur à Josepho; illa enim definebatur ad septentrionem montibus Hermon, ad orientem ditione dimidia tribus Manasse. Sed recentior Ituræa pro majore sub parte regionem illam, quæ, captà per Theglathphalasarum tribu Manasse, deserta jacuit, occupabat. Porrò ea regio appellata est Ituræa inferior, et reliqua portio, Ituræa superior.

NAPHIS ET NODAB finitimæ sunt Iturææ regiones, quæ tamen sub hoc nomine hodie penitus latent. Nihil de illis apud profanos, et in Scripturâ hic tantùm et in Genesi 25, 13, occurrunt.

VERS. 22. — FUIT ENIM BELLUM DOMINI, id est, bellum savissimum, atrox, cruentum; vid expeditio erat jussu Domini, et sub ejus auspiciis et ope suscepta.

USQUE AD TRANSMIGRATIONEM POPULI IN ASSYRIAM per Theglathphalasarum, uti supra legimus, v. 6, et in 4 Regum 13, 29.

VERS. 25. — A FINIBUS BASAN USQUE BAAL, HERMON. Quam possidebat dimidia tribus Manasse, regio definebatur ad meridiem à Basanitide, quæ tribu Danitica parebat; ad occidentem, ab Jordane; ad septentrionem, à monte Hermon, et urbe Baal-Hermon; et ad orientem, à monte Sanir. Vel, si mavis, montibus Hermon et Sanir terminabatur ad septentrionem et ad orientem; sed non satis constat quàm latè illi porrigerentur. Josue 17, 5, obiter scribit, dimidiam tribum Manasse sortem habuisse suam in regione Galaad et Basan; *Ceciderunt sivecudi Manasse decem, absque terrâ Galaad et Basan trans Jordanem; sed duo hæc nomina ibi latissime, et præter morem accipiuntur, ut Basan significet omnem agrum à torrente Jaboc ad fontes usque Jordanis, et Galaad totum quicquid est montium ad orientem ejus regionis. (1)*

(1) VERS. 25, 26. — *Cependant ils abandonnèrent le Dieu de leurs pères..... Mais enfin le Dieu d'Israël anima Phul, roi des Assyriens, et Theglathphalasar, roi d'Assur, qui vinrent les attaquer, et qui enlevèrent la tribu de Ruben, etc. Quoique Dieu eût dégradé Ruben, le fils aîné de Jacob, de son droit d'aînesse, à cause*

VERS. 25. — SUSCITAVIT DEUS ISRAEL SPIRITUM PHUL, ET SPIRITUM THEGLATHPHALASAR (1).

du crime horrible par lequel il avoit souillé le lit nuptial de son père, il ne laissa pas d'avoir de la considération pour lui et ses descendants. Car ils furent les premiers partagés dans la distribution des terres conquises sur les Philistins, et il les fit établir dans le pays le plus fertile au-delà du Jourdain. Mais cette prospérité même les corrompit dans la suite, et les fit tomber dans l'idolâtrie. Dieu punit donc à la fin leur ingratitude, et leur envoya pour cela des rois étrangers et idolâtres, qui les pillent et qui les enlèvent en d'autres pays. Ils ne voyaient que la main de ces barbares qui les frappait : et ils ne considéraient pas que c'était le Dieu d'Israël qui leur suscitait ces ennemis pour les châtier de l'adultère spirituel auquel ils s'étaient abandonnés, en quittant le Dieu de leurs pères et l'époux divin de leurs femmes, pour courir après les dieux des gentils qu'il avoit exterminés en leur faveur. Or, ce même Dieu, qui anima Phul et Theglathphalasar contre Ruben, est celui qui doit encore, comme il est marqué ailleurs, armer un jour toute la terre pour punir les insensés, c'est-à-dire, ceux qui, renonçant à la vraie sagesse qu'inspire la foi, suivent les égarements de

CAPUT VI.

1. Filii Levi: Gerson, Caath, et Merari.
2. Filii Caath: Amram, Isaar, Hebron, et Oziel.
3. Filii Amram: Aaron, Moyses, et Maria. Filii Aaron: Nadab et Abiu, Eleazar et Ithamar.
4. Eleazar genuit Phinees, et Phinees genuit Abisue.
5. Abisue verò genuit Bocci, et Bocci genuit Ozi.
6. Ozi genuit Zariaim, et Zariais genuit Meraioth.
7. Porrò Meraioth genuit Amariam, et Amarias genuit Achitob.
8. Achitob genuit Sadoc, et Sadoc genuit Achimaas.
9. Achimaas genuit Azariam, Azarias genuit Johanan.
10. Johanan genuit Azariam: ipse est qui sacerdotio functus est in domo quam edificavit Salomon in Jerusalem.
11. Genuit autem Azarias Amariam, et Amarias genuit Achitob.
12. Achitob genuit Sadoc, et Sadoc genuit Sellum.
13. Sellum genuit Helciam, et Helcias genuit Azariam.

Ambos hosce reges Deus immisit in Israelitis, sed non simul ambo venerunt. Phul accessit à Manahemo rege Israelis, ut ejus armis firmaretur in regno; proque impensâ in eam rem operâ Phul exegit à Manahemo mille talentorum pretium. Ut eam pecuniâ compararet rex Israelis, tributum 50 siclorum singulis locupletibus regionis suæ viris imperavit, 4 Reg. 15, 19, 20; id malum attulit Phul rex Assyriorum. Theglathphalasar movit ut supplicia ferret Achaz regi Juda adversus reges Syriæ et Israelis, 4 Reg. 16, 7. Urbes Galilææ plerasque rapuit, abduxitque captivas tribus Nephthali, Gad, Ruben, et dimidiam Manasse, 4 Reg. 15, 29.

In peculiari dissertatione actum est de regione quò decem tribus translate fuerunt, quam legere est in volumine hujus Scripturæ sacre Cursus octavo, col. 495 et seqq.

leur esprit et la corruption de leur propre cœur : Et pugnavit cum illo orbis terrarum contra insensatos. (Sacy.)

וַיְהִי אֶת־רוּחַ־יְהוָה עַל־פְּחַל־וְעַל־תְּגַלְת־פְּהַלְסָר.

CHAPITRE VI.

1. Les fils de Lévi furent Gerson, Caath et Mérari.
2. Les fils de Caath sont Amram, Isaar, Hébron et Oziel.
3. Les fils d'Amram sont Aaron, Moïse, et Marie, leur sœur. Les fils d'Aaron sont Naba de Abiu, Eleazar et Ithamar.
4. Eleazar, engendra Phinéés, et Phinéés engendra Abisuc.
5. Abisuc engendra Bocci, et Bocci engendra Ozi.
6. Ozi engendra Zariais, et Zariais engendra Meraioth.
7. Meraioth engendra Amarias, et Amarias engendra Achitob.
8. Achitob engendra Sadoc, et Sadoc engendra Achimaas.
9. Achimaas engendra Azarias, et Azaria engendra Johanan.
10. Johanan engendra Azarias. Ce fut lui qui exerça le sacerdoce dans le temple que Salomon avoit fait bâtir dans Jerusalem.
11. Or Azarias engendra Amarias, et Amarias engendra Achitob.
12. Achitob engendra Sadoc, et Sadoc engendra Sellum.
13. Sellum engendra Helcias, et Helcias engendra Azarias.
14. Azarias engendra Saraias, et Saraias engendra Josédéc.